

varietate, & mirabiles futuræ veri disciplinæ mendacij magisterium haberetis, vel sic intellecturæ, quid inter lucem ac tenebras interficit.

DE AVGVRIIS,

Cap. VII.

ARuspiciñæ primum fontem attigit ad Augurem venio, piger Augures Reges meminisse, præcipueque Romulum, qui pastorum adhuc quiddam redolens, augur optimus fuisse traditur. Mira rerum dissonantia, immò vero consonantia rerum maxima: quis enim nisi Pastor, incultus atque horridus, ad has ineptias applicasset animum? Pudor est cogitare urbem Romanam omnium urbiū ac terrarum indubitatum caput, auspicio conditam, & florentem præpotentis populi fortunam, auiibus debere maluisse quam Deo, quin & sub Regibus & sub Imperio consulari, multis quidem saeculis, nihil absque auspiciis domique militiæque fieri solitum: Stupet animus recolens illos viros tam claros, tam magnificos, qui res humanas ex altissimo despicerent, qui fortunam ipsam pedibus subtriuissent, qui terrarum orbem inenarrabili virtute domuissent, auiularum